

cium affectarunt. Quinto Leonem Magnum Synodalem tractationem superfluam iudicasse, postquam ipse Eutychemiam heresim sufficiens, ut aiebat, iudicio proscripserit; imo plenissima lucidissimaque declaratione denudasset. Quare si penitus rem ipsam rotam, uti Chalcedone gesta est, pensitamus, compertimus sane, tantum abesse, ut suam infra Concilium oecumenicum auctoritatem demiserit Leo primus, ut potius pro potestate atque imperio egerit, moverit, tractaverit universa; in omnibus quidem aliis animo magnus, at in hæreseos Eutychemiam damnatione longe maximus.

VI. Sed ais, Annon Arii causam a S. Sylvestro, aut ejus auctoritate ab Ofio iudicatum Nicæna Synodus retraxerit? Nestorii causam a Cælestino I. aut ejus auctoritate a S. Cyrillo iudicatum recognovit, iudicavitque subinde Synodus Ephesina? Causam Monothelitarum a Martino I. & Agathone iudicatum Sexta Synodus Oecumenica? Causam Iconomachorum ab Adriano I. iudicatum septima Synodus Oecumenica, seu Nicæna secunda? Causam demum Lutheri a Leone X. speciali Diplomate iudicatum Tridentina Synodus retraxerit? Sicut iudicavit? Sunt itaque Synodi Pontificibus superiores.

Resp. Sic sane retraxerunt, recognoveruntque tot illæ laudatæ Synodi Romanorum Pontificibus hæreses novo iudicio proscripserunt: at non ex necessitate, ob insufficientiam lati iam iudicii Pontificii; quasi diminuta in Pontificibus fuisset, errorique obnoxia iudicaria potestas: sed ad majorem iudicii Ecclesiastici solemnitatem, & ad Hæreticorum proterviam atque audaciam magis magisque comprimendam; utque omnium Ecclesiarum, in hæresi proscribenda atque damnanda, consensus omnibus innotesceret. Uti sub finem superioris Dissertationis ostensum est. Quare nihil inde contra supremam R. Pontificis auctoritatem extundi potest.

CAPUT VII.

Nulla Romanorum Pontificum gesta probant, eos Concilia oecumenica novisse, potestate sibi atque auctoritate superiora.

I. Mirum quam multa hujusmodi facta historica, a Pontificia dignitate deprefforibus congerantur; ex quibus consequens esse putant, ipsos quoque Romanos Pontifices veritate victos ac superatos, Concilia Oecumenica novisse, auctoritate sibi & potestate superiora. Nos tria tantum ex multis seligemus, graviora tamen eaque in speciem difficiliora; ex quorum elucidatione atque explicatione planum fiet, quam turpiter illi fallantur & fallant.

Primum ex Historia petunt Concilii Capuani anno 300. celebrati. Ubi cum Bonofus Sardicenis Episcopus de hæresi fuisset accusatus, quod scilicet illibatam Dei Genitricis Virginitatem post partum proterve negaret, causæ hujusce cognitio Anasio Theffalonicensi, aliique Macedoniz & Illyrici Episcopis a Synodo delegata est. Cumque illi implexæ & odiosæ litis difficultate deteriti, litteras ad Siricium Romanum Pontificem supplices scripserunt, ut illius cognitionem atque iudicium in se fumeret, renuit ille constantissime, responditque per litteras, (Cum hujusmodi fuerit Concilii Capuensis iudicium, ut finitimi Bonofus atque ejus accusatoribus iudices tribuerentur; advertimus quod nobis ea iudicandi forma competere non possit. Nam si integra esset hujusmodi Synodus, recte de iis, quæ compre-

hendit Scriptorum vestrorum series, ceceneremus. Vestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre de omnibus. Vicem enim Synodi recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit. . . . Primum est, ut ii iudicent, quibus iudicandi facultas est data. Vos enim totius, ut scripsimus, Synodi vice decernitis; Nos quasi ex Synodi auctoritate iudicare non convenit.) Ex quo subinde Siricii Rescripto colligant fervidi disputatores, Siricium Romanum Pontificem, esse ipsum Concilio Capuano inferiorem fassem esse auctoritate & potestate iudicandi.

Ecquis quæso tam insulam tanque ineptam consecutionem non exeret, qua Romanus Pontifex, non iam Concilio oecumenico, quod modo quaritur, sed & provinciali, quod nemo vel stultissimus dixerit, probatur inferior? hujusmodi enim esse Concilium Capuanum, nemo nescit. Quis etiam ex ipsis Rescripti Pontificii verbis non videat, Siricium Bonofii causæ iudicium sumere detrectasse, non quod illud sumere iure summo non possit; sed ne iudicium juris ordinem inverteret, & Conciliorum Provincialium jurisdictionem perturbaret? Propterea quod prima causam Episcopallium cognitio ad comprovinciales Episcopos pertinet, juxta Canones. Quis tandem non intelligat vel mediocriter sapiens, Siricium fecisse pro dignitate & maiestate, dum Delegatorum a Synodo Capuana Cogitorum precibus sollicitatus, causæ cognitionem sumere recusavit? Ne tanquam a Concilio delegatus, imo etiam subdelegatus, Bonofum iudicare videretur. Quod certe ex Pontificia maiestate & dignitate non fuisset. Unde tam diserte scribebat, Nos quasi ex Synodi auctoritate iudicare non convenit. . . . Talis iudicandi forma nobis competere non potest.

II. Alterum repetunt ex Historia S. Joannis Chryostomi, a Palladio descripta in Dialogo, & a Sozomeno lib. 8. Histor. Cap. 26. in hunc ferme modum. Cum vir Sanctissimus Johannes Patriarcha Constantinopolitanus cognomento Chryostomus, & Theophilo Patriarcha Alexandrino, profundæ calliditatis viro, ejusque symmittis in pseudo-Synodo ad Quercum, per summum nefas damnatus esset, suaque sede deturbatus; libellum supplicem Innocentio I. Romano Pontifici porrexit, quo exauctorationis sententiam in se latam, suprema auctoritate rescindi precabatur, his verbis: Scribitis, precor, & auctoritate vestra decernite, hujusmodi inique gesta, nobis absentibus & iudicium non declinantibus, nullius esse valoris. Eos, qui talia gesserit, Ecclesie censuræ subijcite. Nos autem insones, neque convictos, neque deprehenfos, neque ullius criminis reos comprobatos, Ecclesiis nostris jubete restitui. In supplicanti Chryostomi vota descendit Innocentius I. causæque illius cogita, Theophili Patriarchæ iudicium, ut Palladius scribit, cassum & irritum esse declaravit. Nihilominus ad Clerum Constantinopolitanum rescriptit Innocentius, Necessarium esse Synodalem cognitionem, ad causam illam introgre finendam. . . . Eam solam esse, inquit, que hujusmodi procellarum impetus retardare possit. . . . Ac propterea deliberare se multum atque displicere, quomodo universalis Synodus congregetur, ut de voluntate Dei, turbulenti isti motus compescantur. Ex quibus Innocentii verbis colligunt pro more suo Pontificiæ auctoritatis decurtores, novisse Romanum Pontificem, utroque fassem esse, oecumenicæ Synodi auctoritatem sua longe majorem esse, & superiorem: cum quidpiam ea in causa posset Synodus, quod Pontifex ipse non poterat.

Lc.

Lepide vero atque argute! Ecquid quæso illud erat, quod ea in causa plus poterat Synodus, quam fecisset Innocentius, qui jam lata sententia Theophili iudicium cassum & irritum declaraverat? Aliquid profecto plus poterat Synodus, non in iure dicendo, ferendaque sententia, sed ad Orientalium motus compescendos, ut tam diserte tam aperte significat sua in Epistola Innocentius. Scilicet cum Joannis Chryostomi e sua Sede deturbati occasione, Orientis & Occidentis Episcopi in varias partes atque factiones scissi essent; facilius in concordiam revocari poterant, mutua se cum habita collatione, in generali Concilio commodius facienda, præside Innocentio; quam si solus de totius negotii summa illiusque appendicibus iudicaret. At id non minore arguit in Pontifice, quam in Synodo iudicariam potestatem; sed faciliorem duntaxat sedandarum turbarum viam apertum iri probat in Synodo, quam solus ipse Pontifex aperire posset.

Quamquam tamen Deo bene ventente, res longe aliter, quam sperabatur cesserit; nullaque celebrata Synodo Oecumenica, sola Innocentii I. auctoritate atque industria, lis illa magna finita sit. Cum enim Innocentius communionem suam Episcopis Thraciæ, Egypti, & Orientis denegasset, ob injuriam Joanni Chryostomo illatam; illi in se reversi, & penitentia ducti, Joannem colere & venerari ceperunt, ejusque nomen sacris dypticis, a quibus illud expanxerant, inscripserunt.

III. Tertium istem Pontificiæ auctoritatis deprefforibus subministrat exemplum Galliarum Historia, quæ ad rem nostram brevi compendio sic habet. Philippus Augustus Galliarum Rex, mortua uxore prima, ex qua Ludovicum suscepit filium, aliam sibi matrimonio junxit, Inseburgim Regis Daniæ forem. Vix duxerat, cum statim averfatus dimittere cogitavit: nuptiisque solvendis colorem honestatis obtendit, quod hæc quarto affinitatis gradu priorem quam habuerat, uxorem contingeret. Interim tamen, antequam re ipsa dimitteret, prudentum qui illi aderant Principum suavis, ad eandem ingressus est, probaturus nym si illam cognosceret, adamaret, meroremque deponeret. At non multo post horrere se illius aspectum dixit, imo se illam cognovisse negavit, animoque obfirmato divortium voluit; variæque tantavit, quæ referre hic longum esset. Desperatis itaque rebus, ad Innocentium III. Romanum Pontificem Litteras dedit enixe rogans, ut contractum cum Inseburgi matrimonium (quod & ipsa consummatum juramento firmabat) auctoritate Pontificia rescinderet. Ad que respondit Innocentius: Non audeamus in hujusmodi casu de nostro sensu pro eo aliquid definire. Si super hoc absque deliberatione Concilii determinare aliquid tentavimus, præter divinam offensam, & mandatum insamiam, quam ex eo possemus incurrere, forsam ordinis & officii nostri periculum immoveret. Ita compendio ferunt Galliarum Historiæ, extraxit Innocentii Epistola lib. 7. Registri n. 104. Eo porro responso Pontificio excitati Pontificiæ auctoritatis ofores, suam illam intercalarem cautionem recinunt animosius; Innocentium Pontificem utique doctissimum, suæque dignitatis retinentissimum, Philippo Galliarum Regi ingenuè fassem esse, plus posse Synodum, quam posset ipse; imo & ab ea deponi se posse, si quid præter jus & æquum, ad Regis supplicis gratiam definiret.

Temere tamen suam illam cautionem recinunt, & inconsulte. Innocentius enim nihil se hoc in negotio pro Rege definire ac statuere posse respondit, non utique defectu supremæ in Ecclesia

Serry Tom. V.

potestatis & auctoritatis, sed defectu æquitaris atque justitiæ postulorum a Rege Augusto. Quod nempe rem postulasset Augustus iure Divino veritatem in Evangelio, quod Deus conjunxit, homo non separet. Quod vero de necessaria generalis Concilii deliberatione subjungit, si forte ad Regis gratiam, sententiam diceret, & in ejus vota descenderet, idcirco est dictum; quia si Pontifex in apertam incidat hæresim, uti eo in casu contingeret, Concilio generali subijcitur, potestque sua Sede desici ac deturbari: juxta certam indubitamque Innocentii III. doctrinam, de qua supra diximus Cap. IV.

IV. Quorum ergo, inquit, tam sæpe Romanis Pontifices, ut Decretis suis atque iudiciis robur adderent, Conciliorum approbationem, confirmationemque accedere voluerunt? Quorum tam sæpe, quæ in Conciliis, quibus præfides aderant, sanxerunt, statuerunt, decreverunt, Saero approbante Concilio, sanxisse, statuisse, decrevisse professi sunt? annon vel sic Conciliorum illorum auctoritatem sibi superiorem agnoscerunt?

Minime vero. Nam & ego ut te tuis rebus captam, plura tibi Concilia numero, quæ gesta sua, decreta sua, statuta sua a Romanis Pontificibus probari & confirmari petierunt; quam tu nihil Pontifices dederis, qui hoc idem sibi a Conciliis concedi darique voluerint. Nec tamen ideo Pontifices Concilii superiores agnoscent. Quid ergo? Est illa Conciliorum approbatio & confirmatio, quæ Pontificum Decretis atque iudiciis frequenter accessit, simplicis consensus & adhesio, qua perinde potest æqualis, aut etiam subditus superioris Decretum statutumque probare & confirmare, istem subscribendo & consentiendo. Quo pacto Martinus I. R. P. data ad Amandum Episcopum Trajectensem Epistola, eundem rogat, ut a Gallis Episcopis probari & confirmari curet, quæ ipsemet pro orthodoxa fide in Concilio suo Romano decreverat; quamquam Galliarum Episcopos sibi superiores Martinus nequam agnoscat. Christianique Imperatores, in priscis Ecclesiæ monumentis tam sæpe legantur, Conciliorum Oecumenicorum acta atque decreta confirmasse & approbasse: ut Constantinus Magnus decreta primi, Theodosius senior secundi, Theodosius junior tertii, Martinus quartus, Constantinus Pogonatus sexti, Constantinus alter & Irene mater ejus septimi; quamquam nemo prudens Imperatores Concilii Oecumenici auctoritate dixerit superiores.

Neque refert, quod ea Conciliorum approbatio & confirmatio, decretis atque iudiciis Pontificiis data, necessaria fuisse quandoque dicatur: quasi vero colligi inde possit, errori per se se fuisse obnoxia decreta illa Pontificia, nisi illis Conciliorum approbatio accessisset. Non inquam refert, quandoquidem & tu necessariam esse concedis Concilii Oecumenici Romani Pontificis approbationem atque confirmationem, ut in Ecclesia robur auctoritatis obtineat; quamquam Conciliaria Decreta per se se errori obnoxia non esse contentas.

Addiderim tamen (ut obiectam difficultatem G simpli-

simpliciter expeditam, quin te tuis rebus cupiam) necessarium quodque fuisse dictam Conciliorum approbationem decretis Pontificiis datam: Necessariam inquam ad majorem iudicii solemnitate, ut refractariola & proterva ingenia efficacius ac validius coercerentur & frangerentur; uti Cap. ultimo prioris Dissertationis ostendimus: non ut infallibilitatem iudicia Pontificia fortirentur, quam sine Conciliis Oecumenicis habent. E contra vero necessariam omnino esse Romanorum Pontificum approbationem atque confirmationem decretis Conciliaribus dandam, ut isthuc infallibilitatem fortiantur, quam sine Pontifice habere non possunt. Cur autem sine Pontifice habere non possint, ratio in promptu est. Quia Concilia Oecumenica infallibilitatem non habent, nisi quatenus universam Ecclesiam representant, Ecclesiam autem universam non representant, nisi Romanum Pontificem, qui Ecclesia Caput est, secum veluti necessarium involvant. Non censetur autem Romanus Pontifex cum Conciliis iudicare, nisi dum iudicium Conciliare confirmat & probat. Ex qua proinde confirmatione & approbatione Sacra Synodi robur habent, ac firmitatem, juxta Nicolai I. pronuntiatum, in Epistola ad Phorium, Summorum Pontificum auctoritate, atque sanctione, roborantur, & stabilitatem sumunt omnes Synodi, & Sacra Concilia.

CAPUT VIII.

Qua sensu Romani Pontifices teneri se dixerint Sacrorum Conciliorum Canonibus, & ad illorum observantiam adstringi, quin idcirco Sacris Conciliis subditi.

I. Quam frequenter ex loquendi formulae, aliaque non abimiles in Romanorum Pontificum rescriptis occurrant, quisquis scire avert, legat, si per orium licet, Julii I. ad Orientales Epistolam, apud S. Athanasium lib. de Synodis, Innocentii I. ad Clericos Constantinopolitanos Epistolam, apud Sozomenum lib. 8. cap. 26. Zozimi ad Aurelianum Imperatorem Epistolam n. 6. Bonifacii I. ad Hilarium Narbonensem Epistolam n. 3. S. Leonis I. ad Synodum Chalcedonensem; Celestini I. ad Episcopos Illyriae; Felicis III. ad Vetricianum Episcopum Epistolam n. 7. Agapeti ad Casarium Arelatensem Epistolam n. 6. Gelasii I. ad Episcopos Dardaniae Epistolam n. 17. S. Gregorii Magni ad Joannem Constantinopolitanum Epistolam 24. Lib. I. Registri; Martini I. ad Pantaleonem; Eugenii III. ad Episcopos Germaniae Epistolam n. 8. Lucii III. ad Raynaldum Noviomensem Episcopum; Innocentii III. ad Nicolaum Melitensem Lib. I. & ad Archiepiscopum Cantuariensem Lib. I. Registri. Quem autem sensum habeant illa loquendi formulae, & quam belle cum suprema Romanorum Pontificum supra Concilia Oecumenica potestate atque auctoritate cohaereant, brevis brevis observatio faciat manifestum; ne qui forte ad deprimentam Romanorum Pontificum auctoritatem, licentius abutantur.

II. Sacrorum itaque Conciliorum Canones, quibus se teneri Romani Pontifices frequentissime profiterentur, & ad quorum observantiam adstringi se dicunt, duplicis generis distinguuntur. Alii quidem sunt, quibus ea a Conciliis statuuntur ac decernuntur, quae alias jure naturali, aut forte divino sunt constituta. Alii, quibus ea sancuntur, quae jure duntaxat Ecclesiastico statuta sunt atque sancita. Quod ad priores Canones attinet, ex hoc uno quod ad illorum observan-

tiam Pontifices teneantur, colligi ut summe potest, subesse illos Deo Optimo Maximo, naturalis & Divini juris auctori, etsi non ita per se se Sacris Conciliis subiciantur. Quod autem ad posteriores Canones attinet, ad illorum quidem observantiam Pontifices adstringuntur, non tamen titulo subjectionis & submissionis, sed titulo aequitatis atque iustitiae. Hoc est, non quod Conciliorum, a quibus Canones illi sunt editi, auctoritati subdantur, iisque sint potestate atque auctoritate inferiores; sed quia aequum iustumque est, ea a Pontificibus, in suprema licet Sede locatis, observari, quae iuste prudenterque, ad Christianae Reipublicae bonum constituta sunt atque decreta. Ad eum sane modum, quo Reges supremique saeculi Principes, nonnullis Regnorum suorum atque Imperiorum Legibus tenentur, easque rescindere atque infringere salva aequitate non possunt; quin idcirco colligere inde liceat, esse illos Regnis suis atque Imperiis inferiores, iisdemque subesse. Longeque abest, ut ex ea, quam sibi incumbere profiterentur Romani Pontifices, servandorum Canonum obligatione, colligi possit, Pontifices Conciliis a quibus prodire Canones, se subditos inferiorisque status esse: Cum contra potius iis se Canonibus adstrictos dixerint, quia Concilia ipsa, a quibus editi sunt, sua auctoritate confirmant: quod suprema in Concilio ipsa auctoritatis est argumentum. Uniuscujusque Synodi constitutum, quod universalis Ecclesia probavit assensus, nullam magis exequi Sedem praeter ceteris oportet, quam primam (nempe Romanam) quae unquamque Synodum sua auctoritate confirmat. Gelasii I. verba sunt Epistola ad Dardaniae Episcopos.

Sicubi vero subditos se Canonibus & Legibus dicant Romani Pontifices, legesque sibi dominari ajunt: ut est illud Celestini I. dictum, in Epistola ad Episcopos Illyriae; Dominentur nobis leges, non legibus dominemur; parcamus Canonibus, & ea, quae sunt nobis praecipua, servemus; de subjectione & dominatione rationis intelligi volunt, non de dominatione potestatis praecipue & caeteris, ut Scholae loquuntur. Et sane cum vir prudens ratione ducatur atque regatur, ratio eo sensu dominari dicitur viro prudenti. Atque ita leges iustae, hoc ipso quod iustae sunt, reataque rationi congruentes, Pontificibus dominari debere dicuntur, ut iis ipsi ducantur atque regantur. Imo supremi Principatus pars magna est, lausque praecipua, suis ipsis legibus subdi. Juxta quod Theodosius Imperator aiebat L. Digna 4. Cod. de Legibus, Digna vox est majestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Adeo de auctoritate juris nostra pendet auctoritas; & re vera majus Imperio est submittere legibus Principatum. Et Alexander Imperator, L. 7. Cod. de Testamentis, Nihil tam proprium Imperii est, quam Legibus vivere. Et Justinianus Imperator Instituit, §. ultimo, Licet solus finis, atamen legibus vivimus. Hinc & Isidorus Can. justum dist. 9. Justum est, inquit, Principem legibus obtemperare suis. Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reverentiam praebet. Divus etiam Ambrosius ad Valentinianum Caesarem scribens Epist. 7. Quum prescriptis aliis, prescriptis etiam tibi, Leges enim Imperator fert, quas primum ipse custodiat.

III. Observationem hanc nostram, qua cumulate soluta jam est objecta difficultas, altera confirmat & roborat observatio longe facilior, & unicuique per se obvia. Illos nempe Pontifices, qui suis in Litteris teneri se dicunt sacrorum Conciliorum Canonibus, & ad illorum observan-

CAPUT IX.

Appellationes seu provocaciones a Romano Pontifice ad Concilium Oecumenicum factae, tamquam injustas rejiciuntur, ad oppugnantiam Pontificis supra Concilium eminentiam.

I. Quam cura studioque, ut Romanum Pontificem Concilio superiore probaremus, appellationes seu provocaciones ab illo ad istud, omni jure veritas demonstravimus, Cap. 3. ita e contrario Sedis Apostolicae depresso, ut istud illo superius ostendat, has ipsas appellationes a Pontifice ad Concilium licitas esse, evincere molimur. Id ut praestet, appellationes a Pontifice ad Concilium in Gallis identidem interjectas ex ordine referunt. Anno quidem 1302. a Bullis Bonifacii VIII. ab Universis Galliarum Ordinibus ad futurum Concilium provocatum, narant. Tum anno 1491. a Bulla Innocentii VIII. occasione decimarum extra ordinem collectarum, perinde appellatum memorant. Postmodum anno 1517. a Leonis X. concordatis cum Francisco I. & abrogatione Pragmaticae Sanctionis. Postremo anno 1682. a Decretis Innocentii XI. in causa Regaliae, &c. Cumque nonnulli ab inferiori iudice ad superiorem fieri possit provocatio, Pontificem Concilio inferiori confidentissime colligunt.

Boni profecto disputatores, qui jus ex facto probare ambiunt! Lepide vero, appellatum est aliquando, igitur licet appellare? At quotquot scientiam juris habent seu Civilis seu Canonici, illud profecto tenent, ex factis privatis jura nec probari nec acquiri, maxime vero ubi lex aut statutum in contrarium est. L. Nemo 13. Cod. de sent. & interl. Decr. C. 11. d. 9. Porro appellationes a Romano Pontifice solenniter atque ex tribunali pronunciantes, ad futurum Concilium, (ut de jure veteri nil dicam hic, de quo fat dixi Cap. III.) sub poena excommunicationis vitatae sunt jure novo, a Martino V. in Consistorio publico, Constantiae habito anno 1418. a Pio II. litteris Mantuae in Conventu Principum publicatis anno 1469. tum demum a Julio II. & Bulla in Coena Domini, a Gregorio XIII. instaurata. Nec modo veritas illa sunt, quia a tribunali superiori ad inferius provocatur; verum etiam quia nonnulli in fraudem fieri solent, ad iudicium Ecclesiasticum declinandum: cum ad tribunal prope chimericum appelleretur, quod nec est, nec forte erit unquam etate nostra, ferorumque Nepotum. Quod observavit Pius II. in Bulla sua Execrabilis. Ad id appellatur, inquit, quod nequam est, nec scitur quod suorum sit. Pauperes a potentibus multipliciter opprimuntur; remanent impunita scelera; nutritur adversus primam Sedem rebellio; libertas delinquenti conceditur; & omnis Ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Adeo ut tametsi pro certo poneretur, Concilium generale Romano Pontifice superius esse; necdum congrueret a Pontifice ad Concilium provocare. Quod egregie prudenterque exequitur Franciscus Victoria Theologus Hispaniarum celeberrimus, Relezione De Auctoritate Pape & Concilii, cujus verba hic excipere non pigebit.

[Non videtur mihi quod expediat, vel liceat resistere mandatis Pape, per viam appellationis ad futurum Concilium. Et hoc probatur ex Canone ipsi sunt, quest. 3. Ipsi sunt Canonici, qui appellationes totius Ecclesiae, ad hujus Sanctae Sedis examen volvere deferri; ab ipsa vero numquam proflus appellari debere sanxerunt.

tiam adstringi, idem plane de suorum Praedecessorum statutis decretisque profiteri; ad ea scilicet observanda teneri, se se atque adstringi. Unde & in professione fidei, quam olim omittente consueverunt, quaeque in libro diurno Romanorum Pontificum legitur, profitebantur Universae Concilia usque ad unum apicem servare omnia decreta Praedecessorum, sacros Canones, & Constituta, Pontificum ut divina, & caelestia mandata custodire &c. Ut ergo ex ista secunda eorum confessione nemo colligit prudens, subesse decessoribus suis Pontifices subseqentes; ita non nisi imprudenter & temere colligunt Pontificia auctoritatis depresso, subesse Conciliis Pontifices summos, quod illorum Canonibus teneri se se professi sint, & ad illorum observantiam adstringi. Quid etiam quod Pontifices illi, dum de obtemperacione Canonibus necessaria loquuntur, generatim & univarse de quorumcumque Conciliorum Canonibus necessaria dicunt? seu sint illa generalia, seu nationalia, seu etiam provincialia: imo nonnulli de Conciliorum duntaxat provincialium & nationalium Canonibus distincte loquuntur. Ergone per superum fidem? Romanos Pontifices Conciliis etiam nationalibus & provincialibus subiciemus? Absit. Stat ergo certum & indubitatum quod ante probavimus, nihil ex frequentibus illis Romanorum Pontificum loquendi formulis consequens esse, quod suprema illorum in Concilia Oecumenica potestati atque auctoritati fraudi fit. Quid quod Concilia Oecumenica posterioris aevi teneri se, quandoque dicunt, Conciliorum antiquorum Canonibus, & ad illorum observantiam adstringi; quin idcirco posteriora Concilia prioribus auctoritate, potestate, jurisdictione inferiora, subditaque concedamus?

IV. Una superest difficultas, ex illorum Pontificum confessione petita, quae haude ita facile solvi posse videtur. Quod nempe Sylvester II. dist. dist. distincte professus sit, Pontifices usque adeo Conciliis Oecumenicis totique Ecclesiae subesse, ut tamquam Ethnici & Publicani ab Ecclesia pelli possint ac etiam debeant, si admoniti ad frugem corrigi nolint. Constante dico, scribit ille, quod si ipse Romanus Pontifex in fratrem peccaverit, sepiusque admonitus Ecclesiam non audivit; hic inquam Romanus Pontifex, precepto Dei, est habendus tamquam Ethnicus & Publicanus.

At ludunt illud duntaxat Philippus Mornæus in Mystero iniquitatis, illiusque exscriptor Ludovicus Maimburgus in Tractatu De statu Ecclesiae Romanae, qui ut magni nominis umbra nos terreat, minacia illa verba in Sylvestri II. Romani Pontificis ore ponunt. Nondum enim Romae Pontifex erat, nondum Sylvester II. qui tantum in Sede Apostolica virus effudit; sed in minoribus ut ajunt constitutus; Gerbertus duntaxat erat, isque Rhenensis Archiepiscopus, indeque Pape auctoritate depositus; adeoque in illum male animatus, dum ita ad Seguinum Senonensem Archiepiscopum scriberet. Ceterum acta subinde poenitentia, & ad Petri Sedem tandem evehctus, Sylvester II. nomine sumpto, alios de Romanis Pontificibus sensus induit, suprema dignitate auctoritate & potestate digniores.

Quamquam tamen excusationem habere potest, quod ille de Romanis Pontificibus scripsit, citata ad Archiepiscopum Senonensem Epistola: si de iis duntaxat intelligi voluit, qui Catholicam fidem palam aperteque violassent, & admoniti ad frugem corrigi nolissent. Quandoquidem & Sexta Synodus Oecumenica, ut de aliis tacemus, Honoratio, quem Monothelitam haereticum judicavit, anathema dixit, eundemque tamquam Ethnicum habuit & Publicanum.

Serry Tom. V.

G 2

runt. Et eadem quæst. Canone Nemo, Et dico non esse appellandum, etiam si reneamus quod Concilium sit supra Papam. Quamvis enim ita esset, tamen cum sit Papa, oportet quod ultima decisio causarum spectet ad eundem. Et confirmatur, quia non est neganda tanta auctoritas Papæ in Spiritualibus, quanta Regi in temporalibus datur. Sed dato quod secundum se liceret, dico quod non expedit. Præterea hoc probatur experientia & exemplis, quæ in moralibus magnam faciunt probationem. Omnes enim appellationes huiusmodi hæcenus factæ ad Concilium male cesserunt; & tandem degenerarunt in schisma vel hæresim. Tertio quia magna esset occasio turbationis in Ecclesia. Quia si Papa timeret, ne facta ejus deberent rescindi in Concilio, nunquam vellent congregare Concilium, cum magna iactura rerum Ecclesiasticarum. Et congregare Concilium sine illo, vel non licet, vel esset valde difficile. Semper enim erunt aliqui, imo major pars, qui velint sequi partes Pontificis.] Hæc

Quare nequidem si forte ex Apostolica Sedis iudicio se se gravatos aliqui putant, appellationem interponere illis expedit; sed injuriam patienter ferre fatius illis est, juxta Concilii Tridentensis Canonem 30. In memoriam Beati Petri Apostoli, honoremus sanctam Romanam & Apostolicam Sedem, ut que nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiasticæ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas: Ut licet vix servandum ab illa sancta Sede imponatur jugum, feramus, & pia devotione sequeamur. Unde Illustrissimus D. Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis (quem nemo hac in causa suspectum iudicem dixerit) lib. 4. de Concordia Sacerdotii & Imperii Cap. 17. Appellationes, etiam ubi remedium contra gravamen quaerendum fuit, nusquam receptas fuisse fatetur. Nunquam, inquit, in Ecclesia admisso fuit provocatio a Papa ad Concilium: licet aliquando remedia quodam extraordinario, Sedis Apostolicæ iudicium in majori Synodo fuerit instauratum.

II. Iis licet observationibus soluta satis superque sit objecta nobis difficultas, ex interjectis aliquando, in Gallia præsertim, appellationibus a Pontifice ad Concilium: ad ubiorem nihilominus solutionem, & Gallorum excusationem, alia nonnulla non omiserim observare.

Primo laudatarum appellationum aliquas factas esse a Gallis, non simpliciter ad Concilium, sed ad Pontificem ipsum melius informandum in Concilio pleniori. Sic sane Senatus Parisiensis, in Causa Concordatorum, & abrogationis Pragmaticæ Sanctionis, appellavit a Leone X. ad Leonem melius consultum, & ad Concilium plenius & generalius: cum Galli Concilium Lateranense quintum, in quo Pragmaticam sanctionem abrogaverat Leo, pro Oecumenico non haberent. Clariora Actorum verba sunt, quam ut inficiari quis possit. [Quia Senatus pro rato & comperto habet, Congregationem, quam Lateranense Concilium vocitant, omni ope ac studio moliri, ut Sanctionem Pragmaticam, & Decreta in ea contenta exauferet: Certumque est, Cognitorem Regium, statim atque illa sanctionis Pragmaticæ abrogatio illi innotuit, tum suo, tum Senatus, & omnium Gallorum nomine de illa antiquatione ad Concilium provocasse. Ideo Senatus amplius inhaerendo dictæ appellationi, & ita constanter perseverando, iterum provocavit, & quantum opus est de integro provocat, propter causas & rationes in Actis prædictæ appellationis ex-

pressas, ad Papam melius consultum, & ad futurum Conciliorum generale legitime congregandum.]

Secundo Galliam universam Bonifacium VIII. pro certo legitimo Pontifice non habuisse, ut in Appendice videbimus. Adeoque nihil mirum, si ab ejus in Regem æquumque fulminibus appellaverit. Quamquam enim a certo indubitate Pontifice appellare sit nefas; a dubio tamen & incerto appellare, non modo licet, verum etiam expedit.

Tertio In causis disciplina duntaxat, non item fidei & dogmatis, fuisse in Gallis appellatum ab universis Ordinibus. Porro non est ita certa Romani Pontificis, in causis ad disciplinam spectantibus, aphantia seu infallibilitas, ac in questionibus ad fidem & dogmata pertinentibus iudicandis.

Quarto Dum a Romano Pontifice ad Concilium appellatur, ad Concilium utique appellari, ab ipsomet Pontifice convocandum, cui & ipse præesse debeat, vel per se, vel per legatos suos. Quare non tam interponitur appellatio, quam nova causa cognitio petitur, ab eodem iudice, alii duntaxat iudicibus assidentibus, facienda.

III. Postremo, (quod & notari maxime velim, ut clare pateat, quam fertiler sit nobis argumentum obijciatur, de interpositis a Pontifice ad Concilium appellationibus, ad impugnamdam Pontificis supra Concilium eminentiam;) Postremo inquam observo, Appellationes illas, quandocumque sunt, ad Concilium fieri, non ut solos complectitur Episcopos in cæterum vocatos, sed ut suum quoque Caput & Præsidentem importat Romanum Pontificem. Atque ita, si ex factis illis appellationibus consequens est, Concilium, ad quod sit appellatio, superius esse Pontifice; consequens est, Concilium ut non solos complectitur Episcopos, sed & suum quoque Præsidentem Pontificem importat, Pontifice solo esse superius: quod utique non negamus. Dum autem in hæc præsentis controversia Pontificem Concilio superiorem contendimus, Concilium utique intelligimus, ut solos dicit Episcopos, Pontifice, qui iis præest, minime computato, uti Capite I. declaravimus. Ecquis enim sibi fingat animo, Pontificem solum superiorem esse Pontifice simul atque Concilio? Esset enim superior se ipso, & altero simul; quod est dupliciter absurdum atque repugnans. Quod ergo nobis obijcit argumentum, ex appellationibus a Pontifice ad Concilium, seu iuste seu temere factis, ne ipsum quidem præsentis controversiæ statum attingit: idque, si quid probat, probat unice, quod ultro citroque concedimus, quodque nemo negaverit, qui vel mica falsis in capite sit.

CAPUT X.

Decretum Sess. 4. & 5. Concilii Constantiensis explicatur, ut nihil suprema Romani Pontificis in Concilio Oecumenico potestati atque auctoritati repugnet.

I. Qui supremam Romanorum Pontificum in Concilia Oecumenica auctoritatem inficiantur, nihil tam in ore habent, quam Concilii Constantiensis Decretum, in quarta Sessione primo editum, ac tum in quinta solemniter confirmatum, quo Romanos Pontifices Conciliis Oecumenicis subiectos atque suppositos, ad ravim utque vociferantur. Decretum sic habet. Hæc ipsa Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, generale Concilium faciens, Ecclesiam Catholicam mi-

litantem representans, potestatem a Christo immediate habet; cui quilibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur, in his que pertinent ad fidem, & extirpationem hæresis Schismatis, & reformationem generalem Ecclesie Dei in Capite & in membris. Quod subinde in Concilio Basiliensi actione 2. instauratum est, & in Responso Synodali, legatis Eugenii IV. dato, multo disertius confirmatum, variisque rationibus probatum. Si autem (colligunt adversarii) Pontifex Concilio Oecumenico tenetur obedire, eidem profecto subest atque subicitur; cum non sit obedientia nisi subditi ad superiorem.

Huic expediendæ difficultati triplex se nobis aperit via; quin in eas necesse sit questiones criticas ingredi, quas de Actis MSS. Concilii Constantiensis excitavit non ita pridem vir eruditus Emmanuel Schelstrate, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus.

II. Prima est si dicamus, Concilium Constantiense, dum priores illas sessiones celebravit, necdum vere proprieque Oecumenicum seu universale fuisse. Quia cum universa Ecclesia in tres factiones, seu ut loquebantur, obedientias tunc temporis scissa esset; alteram quidem Joanni XXIII. alteram Benedicto XIII. alteram Gregorio XII. obsequentes, sola tunc Joannis XXIII. obedientia Constantiam convenerat, Synodumque constabat; quique illius Præsules aderant, secum invicem minime consentiebant; illorumque bona pars Decretis adversabatur ac repugnabat. Quo omnium nobis fidem facit, qui præfens aderat Cardinalis Joannes de Turrecremata, in Summa de Ecclesia lib. 2. Cap. 99. (Quod Decretum illud factum fuerit ab universali Concilio legitime congregato, & representante universalem Ecclesiam militentem, est valde dubium apud multos. Imo plurimorum iudicio, scilicet eorum qui fuerunt de obedientia Gregorii & Benedicti, falsum est. Quoniam sicut apertissime patet ex gestis illius Congregationis, Decreta illa, si ita sunt appellanda, facta sunt solum a Patribus aliquibus obedientie Joannis XXIII. Pro quo notandum, quod Congregatio illa Constantia celebrata, tria tempora habuit. Primum fuit, in quo sola obedientia præfati Joannis (Balthasaris Cossa) Constantiæ convenerat. Secundum tempus fuit, in quo Angelus

Corrarius, vocatus in Obedientia sua Gregorius XII. juri suo cedens præfata Congregationi, sub certi modis, & formis se conjunxit. Tertium tempus, in quo Reges & Principes ac Prelati obedientes Petro de Luna, Benedicto XIII. vocato in obedientia, per suos Oratores nova facta convocacione Concilii, se univerunt præfata Congregationi, ad pacem dandam universali Ecclesie. (Et fuimus nos tunc præfentes in minoribus constituti.) Pro quo solo tempore, convenientibus omnibus simul tribus obedientiis, fuit certum dicere, quod universalis Ecclesia representative congregata esset Constantiæ. Nullus autem dubitat, quod asserere quod sola obedientia Joannis faceret Concilium universale, universalem Ecclesiam representans, esset temerarium & scandalosum aliis obedientiis. . . . In illa determinatione non modo non intervenit universalis Ecclesia, sed obedientia una tantum, scilicet Joannis XXIII. ut dictum est, sed etiam non integre tuta illa obedientia. Quoniam plures Patres Doctissimi illius obedientie illi non præstiterunt consensum sum.) Hæc Joannes de Turrecremata, Cardinalis piissimus idemque doctissimus, testis, ut ipse scribit, oculatus, cui fidem negare in his qua meri facti sunt, summæ impudentiæ est.

Neque reponere juvat, duarum factionum, seu ut loquebantur obedientiarum absentiam obesse non potuisse, quominus universalis tunc esset Synodus Constantiensis; uti & absentia Græcorum, Anglorum, Danorum, Norvegorum, Svecorum & Germanorum Confessionis Augustanæ non obfuit, quominus Synodus Tridentina universalis habita sit. Quasi vero æqua fuerit illorum Hæreticorum ratio; qui uti ab Ecclesia publica professione sejuncti erant, ita jus nullum habebant, ut ad Concilium Tridentinum admitterebantur: cum contra, jus plenum & integrum haberent quotquot Benedicto XIII. & Gregorio XII. parebant Episcopi, ut Concilio Constantiensi sub ipsum etiam initium interessent, uti postmodum interfuerunt.

Multo minus urget si forte dixeris: Episcoporum Gallorum absentiam a primis Concilii Tridentini Sessionibus nihil obfuisse, quominus jam tunc Oecumenicum esset: quamquam it ut summe Catholici intervegniendi jus haberent: Ut quid ergo similis Episcoporum duplicis factionis absentia obesse potuit, quominus Concilium Constantiense a primis sessionibus Oecumenicum esset? Minus inquam id urget: quia istorum & illorum Episcoporum longe dispar est ratio. Primo quia Gallorum Episcoporum a primis Concilii Tridentini sessionibus absentium exiguus erat numerus: cum contra duarum factionum Episcopi a primis Concilii Constantiensis sessionibus absentes, essent numero multi. Sola quippe Benedicti obedientia, que tunc aberat, Aragoniæ, Navarræ, Castellæ, & Scotiæ Regna compledebatur; Insulas insuper Majoricæ, Sardinie, Corsicæ, & geminos Comitatus, Fuxensem nimirum & Armeniacum. Secundo quia qui Tridentum tandem aliquando pervenerunt Galliarum Episcopi, Sessionum antea celebratarum decreta probarunt: cum contra, qui Constantiam tandem ultimo pervenerunt factiosi Præsules reclamant: si qua fides est laudato jam Cardinali Joanni de Turrecremata, qui præfens aderat: Illius decreti auctoritati alia due obedientie, scilicet Gregorii & Benedicti, apertissima contradiccionem, in plena Congregatione se opposuerunt, & eorum contradiccionem fuit accepta. Quod & longa gestorum narracione confirmat.

III. Altera solvendæ propositæ difficultati superpetit via. Si nempe dicamus, Decretum illud quartæ & quintæ sessionis, a Martino V. electo tunc vero legitimoque Pontifice nusquam fuisse approbatum. Imo cum de confirmandis Concilii Constantiensis decretis ultimo tandem rogaretur, respondit viva vocis oraculo, ac postea per Concilii Advocatum denunciari iussit; Se omnia, & singula Concilii in materia fidei conciliaria decreta teneri, & inviolabiliter observari velle, & non aliter, nec alio modo. Qua restricta clausula, in materia fidei, decreta dubio procul intelligi voluit, ad damnationem Joannis Witleffi, Joannis Hu, Jacobi Parvi, & Bohemorum, iis in sessionibus statim edita. Quod autem decretum nobis obijcit, de Romano Pontifice Concilii Oecumenicis ad obediendum subijcitur, in materia fidei non est, sed discipline; seu ut tunc loquebantur in materia reformationis in Ecclesiam inducenda. Ad reformationem enim Ecclesie in Capite & in membris procurandam, admodum conducere arbitrabantur, si Pontifex ipse Ecclesie Catholicæ Caput Conciliis Oecumenicis subderetur, ut si forte delinqueret, corrigi posset, ac etiam castigari.

IV. Postrema expediendæ difficultati via patet eaque præ ceteris trita, si dixerimus: Decreta Sessionis 4. & 5. Concilii Constantiensis, pro conditione temporis lata esse, dum duo trium Pontificum Schismate scissa esset Ecclesia. Atque ita

de Conciliis tempore Schismatis celebratis, ac de dubiis Pontificibus, (quales tunc erant Joannes XXIII. Gregorius XII. & Benedictus XIII.) esse intelligenda: qui certe auctoritati Concilii Oecumenici subiciuntur, ut vel hoc pacto Schisma fedari possit. *Ecce*, inquit laudatus Cardinalis de Turrecremata, *manifeste patet quod Decretum illorum Patrum non loquitur universaliter de qualibet Synodo, sed de illa singulariter, pro cujus tempore non erat in Ecclesia Pastor totius Ecclesie indubitanus.*

Cui interpretamento non officit, Decretumque de quovis etiam extra Schismatis casum celebrando Concilio intelligendum esse, non probat, quod in quinta Sessione, ubi renovatum est, expresse habetur, *Pontificem obedire debere cuicumque alteri Concilio legitime congregato.* Non inquam officit: quia & hæc ipsa verba aliis subsequenter restringuntur; ut non nisi de aliis Conciliis, occasione alicujus Schismatis celebrandis intelligi queant. Sic enim in quinta Sessione renovatum est. *Item declarat (Sancta Synodus Constantiensis) quod quicumque cuicumque conditionis, status dignitatis, etiam si Papalis, qui mandatis & preceptis hujus Sacre Synodi, & cuicumque alterius Concilii Generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea spectantibus factis vel faciendis, obtemperare contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigne poenitentia subiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia recurrendo.* De his ergo Conciliis loquitur Synodus Constantiensis, quæ super præmissis, seu ad ea spectantibus factis vel faciendis fuerint celebranda. Quæ porro præmissa illa sunt, nisi Schisma sopiendum, dubique Pontificis deponendi; quæ vera propriaque causa fuit Constantiensis Synodi celebranda? Id ergo duntaxat sibi voluere Patres, desere quemcumque Pontificem Concilio subesse, parere, obedire, quod sopiendi extinguendique alicujus Schismatis causa fuerit celebrandum; quemadmodum & hæc ipsa Constantiensis Synodus celebrata est. Imo si hujusce Synodi gesta diligentius expendimus, compertimus existimasse Sapientissimos Patres, Pontificem certum & indubitatum, ut extra casum Schismatis esse solet, non esse Concilii auctoritati subiectum. Siquidem in Congregatione habita die 11. Septembris Anno 1417. communi omnium Nationum calculo decimum est, quod *Papa vite, & canonice electus a Concilio ligari non possit, seu legibus ullis adstringi, per vim & coactionem.* Quin etiam una simul cum Martino V. statuit, ut Hussite ad Ecclesiam redeuntes interrogarentur, utrum crederent, quod *Papa canonice electus sit successor B. Petri, habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei.* Et hæc de Concilio Constantiensis.

V. Ceterum quod attinet ad Concilii Basileensis Decretum, quod perinde nobis obicitur, movere neminem debet. Cum enim Actio 2. ubi primum legitur, non nisi Constantiensis decreti transumptum sit, iidem ferme verbis expressum, quoque sensu exponi potest. Responsum autem Synodale legatis Eugenii datum, in quo Pontifex etiam certus, & extra casum Schismatis, Concilii Oecumenici auctoritati subditus dicitur, ne cassa quidem nuce æstimandum est. Cum Basileensis Conventus ab Eugenio IV. jam tum dissolutus esset, & in Schismaticum Conciliabulum degenerasset.

VI. Multo minus æquum, & prudentem æstimatorem movere debet Virorum quorundam eruditorum auctoritas, qui post Concilii Constantiensis & Basileensis celebrationem, citata utriusque Decreta, de quibusvis Pontificibus, etiam indubitatis & certis, ac de quovis tempore, etiam

extra casum schismatis, intelligenda existimantur quemadmodum & illa interpretata sunt, acriterque defenderunt ac propugnarunt Academiarum nonnullæ, sententiam hæc in causa, ac iudicium doctrinale dicere iussæ: Viennensis scilicet, in Tractatu, quo Electorum Imperii Consultationi respondit, quærentium, *an Concilium Basileense plenariam potestatem haberet, quoad suspensionem, & depositionem Eugenii, & alterius Pontificis institutionem; Herfordiensis in Tractatu quem super Unionem & Neutralitate Principum Electorum composuit; Cracoviensis, in Tractatu de Auctoritate Sacrorum Conciliorum, Ecclesiam universalem representantium, ad Wladislaum Poloniarum & Hungariarum Regem &c.* Hæc inquam Virorum quorundam Eruditorum auctoritas, æquum æstimatorem movere non debet: cum multo plures ex omni natione, & ordine dignitatis, in contrariam sententiam abierint, & a Romani Pontificis partibus steterint, contra Basileensis Conciliabuli audacia molimina; quibus Eugenium IV. e Pontificia Sede dejicere, alterumque illius loco Felicem V. sufficere, aut plane sacrilego attentarunt. Quæ sane insana molimina, dum calculo suo turbatissimis illis temporibus approbatur citata Academia; adversus communem Ecclesie sensum, (quæ Felicem V. tamquam Antipapam semper est execrata, & Eugenium IV. post attentatam a Basileensibus depositionem, legitimum Pontificem semper habuit) pronunciasse ac iudicasse censenda sunt; atque ita profus indignæ, quarum data suffragia lataque iudicia doctrinalia eo in capite venditentur.

VII. At iniquis forte. Academia Parisiensis, quæ audacia illa Basileensis Conciliabuli in Eugenio IV. molimina nunquam probavit, Decretum tamen Constantiæ & Basileæ primo editum, de quovis tempore, etiam extra casum Schismatis intellexit; Conciliorumque generalium supra Romanos Pontifices præstantiam & eminentiam, tamquam fidei dogma, professæ est. Uti ex Concilio Tridentino, ad suum in Romana Curia Procuratorem Joannem Britonem scripsit Cardinalis a Lotharingia, cum Summo Pontifice communicandum; ut vel hoc pacto zelum ac ardorem apud Pium IV. excusaret, quo viriliter obtulerat in Sessione 23. ne in prægendis Romani Pontificis titulis, *primatum in universam Ecclesiam habere diceretur; quemadmodum in Concilio Florentino, seu potius in Decreto pro unione Armenorum, dictum fuerat. Ego, scribebat Lotharingus, negare non possum, quin Gallus sim, & Parisiensis Academiae alumnus, in qua Pontificem subesse Concilio tenetur; & qui docent ibi contrarium tamquam heretici notantur. Apud Gallos Constantiense Concilium in omnibus suis partibus generale habetur: Basileense in auctoritate admittitur: Florentinum perinde legitimum & generale non reputatur. Atque idcirco Galli de vita potius quam de sententia decederent.*

Ne tu quoque nimia simplicitate bonus, qui exaggeratis illis Lotharingi verbis illudi tibi tam facile pateris? Certe quamquam negari non possit Academiam Parisiensem, aut certe Doctorum illius partem plurimam, ab avita doctrina, de Romanorum Pontifice, supra Concilia etiam Oecumenica, præstantia atque auctoritate, desessisse, jam tum a Concilio Constantiensis & Basileensis temporibus, & in oppositam propendisse magis: falsum tamen est, Theologos illos Parisienses sententiam, quam tunc primum amplexi sunt, uti fidei caput habuisse, a quo quicumque deflecterent, tamquam heretici notarentur. Falsum perinde est, immo falsissimum quod subiungitur, Concilium Florentinum pro legitimo & generali in

in Galliis non haberi. Unde & hanc ipsam Cardinalis Lotharingi hallucinationem nervose confutat, falsisque convincit Natalis Alexander Dissert. 10. in Historiam Ecclesiasticam Sæculi 15. & 16. art. 1. num. 6. quamquam sit iste hæc in parte Romanis Pontificibus parum propitius, quos Concilii Oecumenici subicit. Quare aut ea quæ jactatur Cardinalis a Lotharingia ad Joannem Britonem Procuratorem suum Epistola, supposititia est, ac

plane fictitia; aut de nimio excessu, in exaggeranda amplificandaque Parisiensi Academia sententia, convincitur Vir alias omni laude dignissimus. Equis enim aulem illum, amplificationemque non rideat, Gallos de vita potius, quam de sententia, quæ Romanos Pontifices Conciliis subicit, decessuros? Sed de his plura in sequenti Appendice.

A P P E N D I X H I S T O R I C A.

DE MENTE ECCLESIE GALLICANÆ,

E T

ACADEMIE PARIENSIS,

Circa Romani Pontificis infallibilitatem, ejusdemque supra Concilium Oecumenicum eminentiam auctoritatis, & potestatis.

I.

EA diu multorum animos occupavit opinio, Ecclesiam Gallicanam, & Parisiensem Academiam, haud ita favorabiliter de Romanorum Pontificum infallibilitate, eorumque supra Concilia Oecumenica, eminentia sentire, & semperque omni retro ætate sensit. Imo non sunt, qui Gallos sacramento adigi putent, ad eas sententias Apostolica Sedi parum propitias propugnandas. Non ita profecto de Ecclesia Religiosissima opinatus est Gregorius IX. cujus hæc discretissima verba sunt, in literis ad Capitula quatuor Ecclesiarum, Remensis, Senonensis, Eboracensis, & Rotomagensis, datis, quas refert Odo Ricus Raynaldus ad annum 1227. num. 59. *Reco-gnoscentis, & sciamur, quod Ecclesia Gallicana, post Apostolicam Sedem, quoddam totius Christianitatis est speculum, & immatrem fidei firmamentum. Utpote que in fervore fidei Christiane & devotione Sedis Apostolicæ non sequitur alias, sed, cum earum pace dixerimus, antecedit. Cujus devotio verbis exollere superfluum reputamus, cum sit claris operibus manifesta. Quibus paria habet Alexander III. in Epistola ad Ludovicum VII. Regem Christianissimum. Ecclesia Gallicana inter omnes alias Orbis Ecclesias (quæcumque alia provenientibus scandalis in tribulatione nutassent) nunquam a Cathedra unitate recessit, nunquam ab ejus subjectione, & reverentia se subtraxit, sed tamquam devotissima filia, firma semper & stabilis in ejus devotione permansit.*

Et vero si Ecclesia florentissima, Academiaque omnium principis tabularia scrutari non piget, historiamque a prima ferme origine texere non gravamur, planum fiet, Gallos omni retro ætate, ac nostris ferme temporibus, Romani Pontificis, in iudicandis fidei morumque questionibus, infallibilitatem agnovisse, probasse, defendisse; nec nisi ab annis circiter quinquaginta, novos animos, quoad illud doctrinæ caput, solenniter induisse Romanorum vero Pontificum supra Concilia Oecumenica eminentiam auctoritatis & potestatis, ad Concilium usque Constantiense, & Basileense firmiter defendisse: nusquam vero,

II.

Sensa sua de Romanorum Pontificum infallibilitate aperire ac declarare cepit Ecclesia Gallicana anno jam 455. in Concilio nationali Arelate celebrato, Præsidente Ruvenno Arelatensi Antistite congregata. Ibi quippe Romanum Pontificem fidei Symbolum condere posse, ac re ipsa condidisse professæ est, quod fideles omnes cordis tabulis inscribere debeant, data ad Leonem I. Epistola Synodica. *Apostolatus vestri scriptum (Epistolam dubio procul ad Flavianum datam) ita ut Symbolum fidei, quisquis sacramenta religionis non negligit, tabulis cordis inscripsit, & tenaci ad confundendos hereticorum errores ut paratior sit, memoria commendavit.* Porro neminem fidei Symbolum a cunctis excipiendum condere posse, nisi sit in fide infallibilis, & est per se notum, & docet Doctor Angelicus 2. 2. quæst. 10. art. 10. imò consentiunt Theologi universi.

Galliarum Episcopos eam jam tunc de Romano Pontifice opinionem imbibisse, (quod nempe fidei Symbolum condere possent, ab omnibus fidelibus amplectendum) nemo mirabitur, qui Valentini III. Imperatoris Novellam Constitutionem legerit, paulo antea editam, occasione Hilarii Arelatensis Episcopi; qua perenni sanctione decreverat, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum Provinciarum, contra consuetudinem veterem liceret, sine venerabilis Papa Urbis æternæ auctoritate tentare: sed illis omnibusque pro lege esset, quicquid sanxit, vel sanxerit Apostolica Sedis auctoritas. Nec enim religiosus poterant Galliarum Episcopi ea pro lege tenere, quæ venerabilis Papa Romæ sanxisset, quam si ejus in causa fidei definitiones, tamquam fidei Symbolum amplecterentur.

III.

Sæculo sexto ineunte, anno circiter 503. Ecclesia eadem Gallicana, (occasione Symmachi Romani Pontificis, de violata castitate accusati, quem Concilium Romanum, Palmare vulgo dictum, in iudicium vocavit, postquam se ipse illius iudicio subjecerat) supremam Romani Pontificis in Concilio omnia auctoritatem agnovit; dum eum a Concilio Romano utpote inferiori non potuisse iudicari professæ est, sed illius causæ iudicium uni Deo reservandum asseruit, in Epi-